NICO. GRVDIVS
NICOLAIVS AD ARNVM.

THVSCORVM *quondam genitus felicibus aruis,*
Impoſuit nomen queis dea Flora ſuum,
Arne, tibi, aduerſos ſuperans Veſpuccius Auſtros,
Sole vſtos populos noſcere mille dedit:
Ille tamen madidas narrando creditur aures
Demulſiſſe modo, non ſatiaſſe tibi.
Vnde alio poſitas ſtat diſcere climate terras,
Claudit quas variis Belgica limitibus;
Quas Rhenus, quas Moſa rigant, Schaldíſque fluenta,
Oceanus lauum queis lauit vſque latus.
Ergo alter ripæ, Arne, tuæ florentis alumnus
Singula qui expediat nunc LVDOVICVS *adeſt;*
GVICCIARDINA *domus, ſcriptore haud nobilis vno,*
Quem dedit; & Belgas iuſsit obire meos,
Scilicet vt, noſtris melius, nos noſtra doceret;
Gentis amor noſtræ, gentis honórque ſuæ.

Hæc car-